

& merito a Clemente XI, nuperime, & olim a Tridentino, Pio V, Gregorioque XIII, in Bajo respetive damnata. Sed eo de arguemento plura in sequentibus. Ad qua priusquam pergam, ut defenant Quesnellum Augustini discipulum vocitare ejus affectu, addenda verba S. Patris, quibus error ille aperie dampnatur. (1) Augustinus; Quemadmodum in ipsis corporibus ea que inferiora sunt, sicut terra, & aqua, & ipsi aer, meliora sunt participatione melioris, id est, cum luce illuminantur, & fervore vegetantur: sic incorporeae creature rationales ipsius Creatoris sunt participatione melioris; cum ei cohererent purissima & sanctissima charitate; qua OMNI MODO si caruerint, tenebrescent & obdurescunt. QUODAM MODO. Sed Quesnellus non sunt nisi tenebre. Pergit Augustinus: (2) Prinde INFIDELES homines tenebra sunt; qui per fidem conversi ad Deum, quadam premissa illuminatione (nota hic rursus dannari Quesnelli afferente, fidem esse primam gratiam) lux sunt. Talibus enim dicit Apostolus Epib. 5. v. 8., Fuitis aliquando tenebra; nunc autem lux in Domino "Eccce rursus soli infideles tenebra sunt ab Apostolo vocantur: Quesnellus id etiam de qualibet peccante mortaliter effutus. Nisi velis, secundum ipsum, qualibet peccato mortali fidem communari in infidelem; quod etiam exigitum eum docuisse; verum sic incidit in can. 28. sess. 6. Trid. ut alias dictum est.

§. V I I I .

Propositiones Quesnelliæ, censura notata.

Deus non coronat nisi caritatem: qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo, in vanum currit. Est 55. Quesnell. 1. Cor. 9. v. 24. Deus non remunerat nisi caritatem: quoniam caritas sola Deum honorat. Est 56. Quesnell. Matt. 25. v. 36.

XLVII. Utraque propositione est bimembris, & utriusque membrum primum, idem videtur affectare, re tamen ipsa non nihil differt unum ab altero: nam in prima dicuntur: Deus non coronat, in secunda: Deus non remunerat nisi caritatem. Porro corona videtur recipere premium post hanc vitam dandum: sicut corona militi non datur, nisi finita pugna, & obtenta victoria: retributio autem durat etiam ante victoriam, aut finem militis pugnæque. Cum igitur vita hominis militia sit super terram, mors autem hujus militis finis, corona apte significat premium post hanc vitam, retributio, in hac vita dandum: dicente S. Gregor. (3) Considerandum est, quod uni nostro operi due mercedes debentur, una in via, altera in patria. Una, que nos in labore sustentat: alia, que nos in resurrectione remunerat. Ad hoc non immrito allusisse putatur Quesnellus; ut neque in hac, neque in altera vita, Deus aliquid rependere significetur, nisi unice caritati: unde dicit: Deus non coronat, idest, in altera vita, nisi caritatem: & iterum: Deus non remunerat, in hac vita, nisi caritatem. Quidquid tamen sit de ejus internamente: satis nobis est, quod propositiones ipsa diligenter expense, & in propria verborum significacione acceptæ, illud significant.

XLVIII. Ambo autem hi sensus manifeste repugnant Scripturæ. Nam & Deum remunerare in hac vita opera quedam, non ex charitate stricte dicitur, & coronam quandam dare in altera vita, nedum caritati, sed alii quoque virtutibus, plus quam clare nobis Sacra indicant Pagina.

(1) Ep. 140, alias 120, num. 56. (2) Num. 57. (3) Hom. 17, in Evang. (4) Lib. contra mendac. 215. (5) Jer. 25. a v. 3. (6) Pag. 129. (7) Sess. 6, cap. 6. (8) Hebr. 11. v. 26. (9) Luc. 12. (10) Serm. 18, de verb. Domini cap. 18.

tivo currunt; sed vel in hac vita remuneratum accipient aliquam: vel, si ita currant, ut ad charitatem perveniant, etiam coronam in altera obtinebunt: sive mediante charitate, etiam ceterarum virtutum actus conducunt ad vitam æternam. Hinc pater etiam falsitas secunda partis Thesis secundæ: Quoniam caritas sola Deum honorat: si enim Deus remunerat alias virtutes, certus est quia ut probari debeat, eum aliis quoque virtutibus honorari. Et quidni honoraretur Deus aliis virtutibus? (1) Honor, inquit S. T. est quadam protestatio de excellentiæ bonitatis alicuius... semper debetur alicui propter aliquam excellentiam vel superioritatem: at vero qui credit Deo, protestatur Deum esse summam veritatem, non meritum, negat quidquam deberi, nisi operibus ex charitate Theologica factis. Male igitur argumentum est Augustinus (quod absit): imo triumphant de Augustino Massilienses, qui cum non ponent nisi tenui quoddam fidei initium, ex puris naturalibus profectum, adeoque non ex charitate Theologica, nullum, iuxta Quesnellum, statuabant meritum; salvabique, fidem, gratiam, charitatem, ceteraque quæ connectuntur virtutes, gratis a Deo hominibus dari. Ecce quot tendant Quesnelliæ dogmata! Ad subvertenda scilicet Augustiniana Theologie principia; ad eripiendas Augustino de triumphatis Pelagianis ac Semipelagianis (si superis placet) palmas: ad erigendas Massilienses, ob viatum Augustinum trophe. Dicendum est ergo, juxta S. Augustini principia, opera virtutis cuiuscumque, etiam independenter a gratia habituali, & charitate Theologica, posse aliquid a Deo, si non de condigno, saltem de congruo obtinere: falsaque esse, ex Augustini principiis, binas illas theses Quesnelliæ; non minus ac duas sequentes.

§. I X .

Propositiones Quesnelliæ, censura notata.

Frustra clamamus ad Deum, Pater mihi, si Spiritus charitatis non est ille qui clamat. Est 50. Quesnell. Rom. 8. v. 15. Sola caritas est quæ Deo loquitur, eam solam Deus audit. Est. 54. Quesnell. 1. cor. 13. v. 1.

LII. Quod si quis respondeat, illis S. Scripturaræ locis, agi de fide, spe, timore, non separatis a charitate: responso non longe querenda est, cum ipsa Quesnelli principia statim eam subministrant. Nonne enim iuxta ipsum charitas, tempore veteris federis, erat rara illa avis in terris, albo simillima corvo? Relinquebat, inquit ipse propp. 6. & 7., Deus homines in veteri fodere in sua infirmitate, in sua impotentiæ, imponendo eis nihilominus suam legem: & tamen exhortationis illæ omnes degenerabant proxime ad homines sub fodere illo existentes. Et nonne infinita alia loca sunt in Scripturis (ne de sensu harum disputandum, fructu oleum & operam perdamus) e quibus patet innumeros ex alio impulsu, quam charitatis cucurrisse, nec tamen in vanum cucurrisse, Deo cursum illorum, utcumque remunerante? vide sequentem. §. & dicta num. 49.

LIII. Ambas has propositiones egregie S. Thomas confutavit Suppl. q. 14. art. 4. ubi ex professore inquit: Utrum opera extra charitatem facta, sint alicuius boni meritaria? Quod idem in substantia est, ac; An Deo loqui, ita ut ab ipso audiatur, sine charitate possimus? Refolvit questionem hanc Angelicus modo qui sequitur. "Dicendum, quod meritum propriæ dicitur actio, & quæ efficitur, ut ei qui agit, sit justum aliquid dari. Sed justitia dupliciter dicitur. Uno modo propriæ, quæ scilicet resipicit debitum ex parte accidentis. Alio modo quasi similitudinariæ, quæ scilicet resipicit debitum ex parte dantis: aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipientis debitum recipiendi; & si justitia dicitur decentia divina bonitatis, sicut Anselmus dicit: (1) Quod Deus justus est, cum peccatoribus parcat: quia eum decet. Et secundum hoc etiam meritum dupliciter dicitur. Uno modo actus ille per quem efficitur, ut ipse agens habeat debitum recipiendi; & hoc vocatur meritum condigni. Alio modo, ille per quem efficitur, ut sit debitum dandi in dante, secundum decentiam ipsius: & ideo hoc meritus, tum vocatur, meritum congrui. Cum autem in

S. f. 2. "omni-

(1) I. 1. qu. 103. art. 2. (2) Epist. ad August. (3) De Pred. SS. cap. 2. (4) In Prologio cap. 10.

" omnibus illis quæ gratis dantur, prima ratio
" dandi sit amor, impossibile est, quod aliquis
" proprie sibi debitum faciat, qui amicitia caret;
" & ideo, cum omnia & temporalia & eterna,
" ex divina liberalitate nobis donentur, nullus ac-
" quirere potest debitum recipendi aliquid illo-
" rum, nisi per charitatem ad Deum: & ideo
" opera, extra charitatem facta, non sunt meri-
" toria ex condigno, neque eterni, neque temporalis
" aliquis boni, apud Deum. Sed quia divinam
" bonitatem decet, ut ubicunque dispositionem
" inveniri, perfectionem adjiciat; ideo merito con-
" grui dicuntur aliquis mereri aliquid bonum, per
" opera bona, EXTRA CHARITATEM FA-
" CTA: & secundum hoc opera ista ad triplex
" bonum valent: scilicet, ad temporalium con-
" cutionem, ad dispositionem ad gratiam, & affue-
" factionem bonorum operum. Quia tamen hoc me-
" ritum non proprio dicitur meritum, ideo Ma-
" gis concedendum est, quod hujusmodi opera
" non sint aliquis boni meritoria, quam quod
" sint, " Huc usque Angelus Schola; quem
" dum habemus, Sanctorum Patrum agmen univer-
" sum pro nobis stare dubitandum haud est: cum
" sit ipse aliud nihil, præterquam Sanctorum Pa-
" trum omnium, pretiosissimum compendium.

LIV. Ex doctrina hic tradita solvit S. Thomas quatuor argumenta. Duo prima afferit pro-
" bare quoddam meritum congrui in operibus extra
" charitatem factis. Posteriora duo, quæ vocari solent, Sed contra, quorum primum ex Augustino
" dicente: Quid peccator non est dignus pane quo-
" sefit, solvit dicendo: ea procedere de merito
" condigni. Lique ergo ex Angelico, quod extra
" charitatem existentes, Deo si loqui possumus, ut
" audiatur; quinimum, ut aliqualiter mereamur,

LV. Idem omnino infinitis locis docuerat Au-
" gustinus. Sufficiat hic adducere duo loca: pri-
" mum ex lib. de grat. Chri. cap. 26. ubi ait: "Esti
" enim Dei mandatum videtur aliquando, non a
" diligenter, sed a timenter fieri; tamen ubi
" non est dilectio, nullum bonum opus imputatur,
" nec recte (id est undeque) bonum opus
" vocatur: quia, Omne quod non ex fide est, pec-
" catum est: (1) Et, Fides per dilectionem operatur,
" (2) Ac per gratiam Dei, qua caritas Dei
" diffunditur in cordibus nostris per Spiritum San-
" ctum, qui datum est nobis, sic confiteatur qui
" vult veraciter confiteri, ut omnino nihil boni,
" sine illa, Quid ad piætatem pertinet veraque
" justitiam, fieri posse non dubitet. " Viden' nul-
" lam esse meritum condigni, ad veram spectans
" justitiam, sine charitate? Adde jam ex lib. de cor-
" rect. & grat. cap. 2. Quando autem non agunt,
" sive omnino non faciendo, sive non ex charitate fa-
" ciendo: ORENT, ut quod nondum habent, acci-
" piant. Potest ergo Deo loqui, & ab eo charita-
" tem obtinere, audiente Deo orationem illius, e-
" tiam qui charitate caret. Hinc De perf. iust. cap.
" 10. postquam probasset præcepta Dei gravia non
" esse, quando diligendo fuit, non timendo, sub-
" dit: Nec tamen cum ea gravia ferit (homo) de-
" sperando frangatur: sed ad querendum, petendum,
" pulsandumque COGATUR. Sed quid cogere homi-
" nem charitatem vacuum ad pulsandum, petendum,
" querendum, si Deus preces eius non audit? Au-
" dit ergo juxta Augustinum, Deus preces eius,
" qui charitatem nondum habet: & ita audit ut
" aperiat, ut det quod petitur, ut inventur quod
" queritur: haud dubie, quia etiæ homo iste dignus
" non sit qui quod petat accipiat; decet tamen
" Deum peccatores audire: ut loquitur S. Thomas
" loc. cit. post Anselmum,

LVI. Nec prætermitenda est duplex charitatis
" acceptio vulgata in Augustino, ac aliis SS. PP. Sic
" De doct. Chri. lib. 3. cap. 10. Charitatem, inquit Au-
" gusti: etiam vox motu animi ad fruendum Deo
" propter ipsum: & si & proximum propter Deum. At vero Tract. 26. in Joannem, explicans verba
" illa Joan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater
" meus traxerit eum, ait: Nolite cogitare invitum tra-
" bici: trahitur animus & amore. Porro si Poeta di-
" cere licuit: Trahit sua quemque voluntas. . . .
" quanto fortius nos dicere debemus, trahi bonum
" ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur
" beatitudine, delectatur justitia, delectatur sempiterna
" vita, quod totum Christus est. Et alibi: Nihil
" est aliud bona voluntas, quam charitas. Addit
" duplum impulsu Spiritus Sancti, aut moventis
" tantum: aut etiam inhabitantis: ex Trid. Seff.
" 14. cap. 4. Ex his communis dogma procedit, ni-
" mirum: ut opus aliquod sit proprio & de condi-
" gno meritorium, debet procedere ex charitate stri-
" cte dicta, quæ virtus Theologica est: ut autem
" aliud meritorium sit impropre, seu de congruo,
" ut animus in Schola, sufficiat ex procedat ex chari-
" tate late dicta, seu bona voluntate: aut si ma-
" vis, ex amore veritatis, beatitudinis, justitiae,
" sempiterna vita, aut cuiuscumque demum virtutis:
" vel ex impulsu Spiritus Sancti, non inhabi-
" tantis, sed moventis tantum, quo homo adjutus,
" viam sibi ad justitiam parat. Quia si pro oculis
" habeantur, faciliter fuerit explicare SS. PP.
" loca, quæ multa coacervat Theologia supplex, of-
" fensura SS. Patres, quoad syllabas saltem & vo-
" ces, Quesnelliæ haud dissimilia propositionibus,
" in libris suis ad nos transmissis.

LVII. Sed quantum convenienter verbis & syl-
" labis, tantum & amplius distat sensu atque
" sententia. Fatetur id implicite. Auctor ille, dum
" ait Augustinum scilicet de charitate generatim accep-
" tum dixisse: (3) Clementem (errores damnamen-
" tis Quesnelli) de charitate ad certam speciem nostra
" pronunciasset: hoc est, ut clarus dicam, prosequitur
" id, docuisse frequentissimum Augustinum, solam
" charitatem Deum colere, Deo loqui, ad Deum de
" corde clamare, actiones christianas facere modo chris-
" tiano; qualcumque tandem charitas illa sit, per-
" fecta an imperfecta, nascent an dominans, actualis
" an habitualis, prima veri boni dilectio, an plena
" Theologica virtus: Clementem vero difficulter conser-
" va negasse, id solam facere charitatem quæ plena,
" quæ perfecta, quæ dominans sit, virtusque Theologica:
" cum id & altera charitas, imperfectiori tam-
" modo faciat. Haec enim illa. Quibus quidem
" justitiam, sine charitate? Adde jam ex lib. de cor-
" rect. & grat. cap. 2. Quando autem non agunt,
" sive omnino non faciendo, sive non ex charitate fa-
" ciendo: ORENT, ut quod nondum habent, acci-
" piant. Potest ergo Deo loqui, & ab eo charita-
" tem obtinere, audiente Deo orationem illius, e-
" tiam qui charitate caret. Hinc De perf. iust. cap.
" 10. postquam probasset præcepta Dei gravia non
" esse, quando diligendo fuit, non timendo, sub-
" dit: Nec tamen cum ea gravia ferit (homo) de-
" sperando frangatur: sed ad querendum, petendum,
" pulsandumque COGATUR. Sed quid cogere homi-
" nem charitatem vacuum ad pulsandum, petendum,
" querendum, si Deus preces eius non audit? Au-
" dit ergo juxta Augustinum, Deus preces eius,
" qui charitatem nondum habet: & ita audit ut
" aperiat, ut det quod petitur, ut inventur quod
" queritur: haud dubie, quia etiæ homo iste dignus
" non sit qui quod petat accipiat; decet tamen
" Deum peccatores audire: ut loquitur S. Thomas
" loc. cit. post Anselmum,

(1) Rom. 14. 23. (2) Gal. 5. v. 6. (3) Pag. 136. (4) Ila. 6. v. 20.

quamque ipse audit. Sed Quesnelli? De ejus sen-
" tientia alcum filet, & omnia postquam confudit, pe-
" nit, quem sensum Clemens XI. damnaverit? Di-
" eco ergo Clementem XI. damnasse sensum Ques-
" nelli, id est, solam stricte dictam charitatem, five
" nascentem, actualem, primam, five domi-
" nantem, habitualem aut perfectam, vocem esse qua
" Deo loqui possumus, solam a Deo illam audi-
" cateras vero operationes nostras in quodlibet fe-
" rancur objectum, non solum non audiri; quin &
" veri nominis peccata esse, & reputari. An hac
" docuere SS. Patres? Immo Lutherus, Calvinus,
" Badius, Janseniusque; seu Augustinus Hollandus,
" non Africanus.

LVIII. Si hæc sibi probari posset, adest &
" sequentem: ad quem priusquam accedamus; cum
" ipso Auctor Theol. suppl. aliquando, etiæ injuriose,
" conqueratur, delatores Quesnelliænarum, ali-
" quas truncasse; licet ab ipso petere, cur hic
" truncaverit propositionem 54. pag. 133, solum
" referendo primam ejus partem, scilicet: sola cha-
" ritas est quæ Deo loquitur, omnis illis: Eam fo-
" lam Deus audiri? An quod illa non exteat in li-
" bro Quesnelli? Lega tamen in Edit. Parisien.
" 1693. i. Cor. 13. v. 1. La charité est la langue
" du cœur. C'est elle seule que Dieu entend. Lega
" in versione latina Edit. 1695. quæ editioni Gal-
" licæ anni 1694. conformis esse postea probabitur,
" lego inquam loc. cit. Claritas lingua cordis est:
" hanc solam Deus intelligit. Cur ergo haec suppref-
" fit, ipse, qui Romanis censoribus truncationem,
" mutilationem audebat exprobare? Quam belle hic
" quadrarent verbi illi satyrici poeta, quos Serrius
" pridem interrogebat in Gar. Gaspar. Metzenium,
" Academia Trevirensis Syndicum, (1)

Loriped rebus deridat, ethiopem albū.
" Quis tulerit Grachos, de seditione querentes?
" Quis colum terris non miscat, & mare celo?
" Si fur dispiceat Veri, si homicidia Miloni?
" Quam belle, inquam, quadrarent illa, siquidem
" delatores propositionum Quesnelli aliquas vere
" truncassent: at modo, dicam cum Horatio Saty-
" ra 3. . . . Heus tu,
" . . . ignoras te? An ut ignotum, dare nobis
" Verba putas? Egomet mi ignoso, Mænius
" inquit.
" Stultus & improbus hic amor est, dignusque
" notari.
" Sed dicat, obsecro, cur ista ultima prætermisit
" verba? An quod infinita sint Scripturae S. loca
" quæ sole clarissimis ostendunt, Deum non unam cha-
" ritatem audire? Gen. 16. v. 11. Angelus ad Agar
" Vocabilique nomine ejus Ijnael, co quod audierit Do-
" minus afflictionem suam = 1. Reg. 9. v. 16. Sal-
" vabit populum meum de manu Philistinorum: quia
" rex populum meum, venit enim clamor eorum ad
" me. = 4. Reg. 13. v. 4. Deprecatus est autem
" Joachaz faciem Domini, & audire eum Dominus:
" videt enim angustias Israel, qui attriverat eos rex
" Syria = Psl. 105. v. 44. Et videt cura tribula-
" rentur, & audire orationem eorum = Jose 3. v.
" 9. Quis sit si convertatur & ignorat Deus: &
" reveratur a furore ire sua & non peribimus. Et
" videt Deus opera eorum, quia conversi sunt de via
" sua mala: & miseris est Deus.

LIX. Hæc testimonia clarissime ostendunt
" Deum non unam charitatem, etiæ hujus vox ei
" gratissima sit, audire & intelligere, quod Ques-
" nelli negat. Igitur, quamquam suspicio esse pos-
" sit minime temeraria, alteram propositionis par-
" tem studio omittam: malo tamen credere: omnia
" fide bona facta fuisse: quod si vere ita est, ro-
" go, obsecro, & obtestor per quidquid auctori illi

(1) Juven. in Satyr. (2) Pag. 134. (3) Matth. 8.

mat, quicumque clamat? Ast non dixit ita Magnus Augustinus: sed sine quo, quod omnes agnoscimus, humiliter preantes cum Ecclesia Sancta Dei (1)

Sine tuo Numinis
Nihil est in homine,
Nihil est innocuum.

Hoc sensu etiam dixit Augustinus Epist. 140. alias 120. cap. 13. in fine: Si tu desaris, Domine, qua bonum virtus? Quid est homo, nisi quod memor es eis? Superest sententia desumpta ex Tract. 74. in Joan. Nemo dicit Dominus Jesus &c. sed illa est mutilata; unde non facit sensum, nisi addatur, vel subintelligatur, si eo modo dicit, quo Apostolus intelligi voleat: qua sunt restrictiva procedentium; nec pratermissa ab Augustino.

§. X.

Propositiones Quesnelliana, censura notata.

Non sunt nisi duo amores, unde voluntates omnes, & actiones nostra nascuntur; amor Dei, qui omnia diligit proper Deum, quenque Deus remuneratur; & amor quo nos ipsos, ac mundum diligimus: qui quod ad Deum referendum est, non refert; & proper hoc ipsum sit malus. Est 44. Quesnell. Joan. 5. v. 29.

Amore Dei in corde peccatoris non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnemque actiones ejus corrumpat. Est 45. Quesnell. Luc. 15. v. 13.

Cupiditas autem usum sensuum bonum vel malum faciunt. Est 46. Quesnell. Matt. 5. v. 28. Obedientia legis profluere debet ex fonte: & hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est quod appetit exteriorius: alioquin non est nisi hypocritis, aut falsa justitia. Est 47. Quesnell. Matt. 23. v. 26.

Ut nullus peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei. Est 49. Quesnell. Marc. 7. v. 22. & 23.

LXI. Tametsi Auctor Theologie supplicis per distinctos paragraphos de his propositionibus tractaret (quod non auctore, sed bona fide fiducie suppono) eas tamen omnes ad unum paragrapnum reducere necessarium duxi; & quia eadem concernunt materiam; & quia una aliam explicat, & quia in Bulla Clementina sere se mutuo ordine sequuntur. Præcipue vero incumbendum mihi est ut ostendam, juxta Quesnellum, foliam triplete dictam charitatem, operationes bonas producere: ceteras vero actiones nostras omnes, quae non ex hoc fonte dimanant, veri nominis peccata esse, & reputari. Hoc ubi ostendero, adversarius, si verbis suis stet, merito has, ac praecedentes, & discussas propositiones, justite damnatas esse, imo vero jam olim damnatas in Bajo, aliquis novatoribus, subem favebitur.

LXII. Fatebor autem ego, actiones nostras de libertatis nisi ex aliquo Dei amore, sive proprie five improprie dicto, id est, ex amore boni honesti, aut virtutis nascantur, malas esse. Ita enim bonum honestum, ratione per se conveniens, cum bono apparente, ac a ratione discordante imperium in actiones nostras deliberatas dividunt, ut quacumque primum sibi non vindicat, eas omnes posteriori bonum, apparent scilicet, imo peccatum sibi omnino subjiciat. Nolo mihi quisquam alterius scholae catholicae, qui actiones quasdam deliberatas indifferentes admittant, molestus sit;

„ num.

(1) In Hym. de Sanct. Spir. (2) Pag. 138. (3) 3. q. 70. art. 4. (4) 1. 2. q. 55. art. 3.

in presenti ab hac questione supercedendum, quo liquidius fluent argumentum, nec cogamur delabi ad questionem, inter catholicos disputatam. Incidens haec questione, ad caput rei, qua de agitur faciem nihil. Sive enim unum dicas, sive aliud, æqualiter damnable est Quesnellus. Quin etiam quadammodo stringetur fortius, plurimæque ei SS. Patrum eripient autoritates, quibus ipse, ejusque affectæ, damnatos errores, eti perperam, co[n]trari furent defendere. Sic Augustinus etiam cum Manichæis reprehenditur quandoque egisse, ut ipse testatur De dono persev. c. 11. Supposita ergo veritate sententia negantis actiones deliberatas indifferentes, dico divisum esse imperium in actiones nostras deliberatas, inter virtutem ac vitium: ita, ut quidquid non ad virtutem, id ad vitium spectet. Atque id est quod S. Leo ferm. 5. de iunio septimi mensis cap. 7. Sandus Augustinus Lib. 9. de Trinit. cap. 7. In Ench. ad Laurentium cap. 117. Epist. 155. ad Macedon. Lib. 4. contra Julianum cap. 3. (2) locis scilicet citatis ab Augusto Theologie supplicis significare voluisse videntur; dum ajunt, actiones nostras bona ex Dei amore, ita Gregorius, aut ex amore Creatoris, ita Augustinus, procedere debere; alias processuras ex amore mundi, aut creature, malaefacie futuras, intelligendo nimis propter amorem Dei aut Creatoris, non quidem charitatem stricte dictam, qua Theologica virtus sit, & plus diligit Deum, eti minima sit, quam cupiditas millia aurum & argenti, ut at S. Thomas, (3) sed quacumque voluntatem bonam; sive sit amor veritatis, justitiae misericordiae, pietatis &c. quod totum Christianum est, juxta August. cit. §. praecedenti; atque ob id, amor istarum virtutum, lato sensu, dici potest & dicitur a SS. Patribus, amor Dei, vel charitas; late, ut dixi. Actiones vero in hujusmodi objecta tendentes, dummodo in pravum finem detorta non sint, vera virtus actus sunt; licet non perfectæ; nisi dum ad perfectum bonum, id est Deum, referuntur.

XLIII. Praestat id explicitam audiamus Angelicum ex Augustino, 2. 2. q. 23. art. 7. cui titulus: Utrum sine charitate (strictè dicta scilicet, de qua ibi Angelicus) possit esse aliqua vera virtus? Accipe igitur resolutionem Augustino-Angelicam. „ Dicendum, quod virtus ordinatur ad bonum, ut supra habitum est. (4) Bonum autem principale est finis: nam ea quae sunt ad finem non dicuntur bona, nisi in ordine ad finem. Sicut ergo duplex est finis; unus ultimus & aliis proximus; ita etiam est duplex bonum, unum quidem ultimum & universale; & aliud proximum & particolare. Ultimum quidem & principale bonum hominis, est Dei fructus: secundum illud pf. 72. Mibi autem adhuc Deo bonum est: & ad hoc ordinatur homo per charitatem. Bonum autem secundarium, & quasi particulare hominis, potest esse duplex. Unum quidem quod est vera bonum, utpote ordinabile, quantum est in se, ad principale bonum, quod est ultimus finis. Aliud autem est bonum apparente, & non verum; quia abducit a finali bono. Sic ergo patet, quod virtus vera simpliciter, est illa, qua ordinatur ad principale bonum hominis, sicut etiam Philosophus 8. Eticum dicit, quod virtus est dispositio perfecti ad optimum. Et sic (id est simpliciter loquendo) nulla vera virtus potest esse sine charitate. Sed si accipiatur virtus secundum quod est in ordine ad aliquem finem particularem, sic potest aliqua virtus dici sine charitate, in quantum ordinatur ad aliquod particulare bo-

, „ num. Sed si illud particulare bonum non sit verum bonum, sed apparente, virtus etiam, quæ est in ordine ad hoc bonum, non erit vera virtus, sed falsa similitudo virtutis: sicut non est vera virtus avarorum prudentia, qua excogitatae diversa genera lucrorum: & avarorum justitia, qua gravium damañorum metu, contemnunt aliena: & avarorum temperancia, qua luxuria, qua sumptuosa est, cohibent appetitum: & avarorum fortitudo, qua, ut ait Horatius lib. 1. Epist.

„ Per me pauperem fugium, per faxa, per ignes. Ut Augustinus dicit 4. lib. contra Julianum. Si vero illud bonum particulare, sit verum bonum, puta, conservatio civitatis, vel aliquid hujusmodi, erit quidem vera virtus, sed imperfecta, nisi referatur ad finale & permanentem bonum: & secundum hoc, simpliciter vera virtus sine charitate esse non potest. Ex quibus patet quod sine charitate, sive habituali, sive actuali; licet non detur virtus vel actus ejusdem simpliciter, & omnibus numeris absolutus; possit tamen dari virtus vera, & vera virtus actus, si modo ad malum finem non referatur; sed sicut in ipso objecti honestate, ex parte operantis.

XLIV. Hoc confirmat S. Thomas in solutio[n]e primi ex Augustino. (1) Prætentebat argumentum sine charitate posse esse aliquam veram virtutem, quia virtus proprium est, bonum actu[m] producere: videamus vero eos qui charitatem non habent, aliquos actus bonos facete: puta, dum nudum velutum, famelicum palcant, & similia operantur, qua ad veram virtutem spectant. Huic argumento occurrit Angelicus sic:

„ Ad primum dicendum, quod actus aliquis charitate caritatis potest esse duplex. Unus quidem secundum hoc quod charitate caret; utpote cum facit aliquid in ordine ad id, per quod caret charitate: & talis actus semper est manus; sicut Augustinus dicit in quarto contra Julianum, quod actus infidelis, inquantum est infidelis, semper est peccatum; etiam nudus operiat, vel quidquid aliud hujusmodi faciat, non potest esse actus (Nota). charitate caritatis, non secundum id quod charitate caret, sed secundum quod habet aliud donum Dei; vel fidem, vel spem, vel etiam natura bonum, quod non totum per peccatum tollitur, ut supra dictum est. (2) Et secundum hoc, sine charitate potest quidem esse aliquis actus bonus ex genere suo, non tamen perfecte bonus: quia debet debita ordinatio ad ultimum finem.

XLV. Secundum argumentum, quod ibi objicit S. Thomas, prætentebat, sine fide, sicut si ne charitate; qua est ex fide non facta, (3) ut dicit Apostolus; posse esse veram caritatem & justitiam in infidelibus: quando hi videlicet concupiscentia cohibent, & dum recte judicant. Procedebat argumentum ex auctoritate in To vera: cum possit esse vera virtus, sed non omnibus numeris absoluta; sicut insans est verus homo, sed non omnimode perfectus. Solvit ergo argumentum S. Thomas, addendo ad To vera, To simpliciter; sicut tollendo auctorationem: „ Dicendum quod cum finis se habeat in agibilibus, sicut principium in speculabilibus; sicut non potest esse simpliciter vera scientia, si deficit recta estimatio de primo, & inde monstrabilis principio; ita non potest esse simpliciter vera justitia, aut vera (subaudi) sim-

(1) Lib. 4. c. 3. contra Julian. (2) Qu. 10. art. 4. Et. 1. 2. qu. 85. art. 1. & 2. (3) 1. ad Tl. moth. 1. (4) Et. 25.

nimis.

nimis de caritate stricte dicta, seu, Theologica virtute locorum esse: atque omnia opera, ex illa non perfecta, peccati postulasse.

LXIX. Utrumque ex propositionibus ipsi, aente consideratis, manifestus est, quam ut proportione egeat. Primum manifestum sit ex propositione 44. hic ordine prima: Non sunt nisi duo amares, inquit . . . amor Dei, qui omnia diligis propter Deum, quoniam Deus remuneratur Oe. Hic amor manifestus est caritas Theologica: de qua assertit propositione 55. quod Deus non coronat nisi caritatem. & 56. Quod Deus non remunerat nisi caritatem. Idem quoque probat propositione 47. hic ordine 4. ubi explicans Quesnellum, quid, se ipso judice, requiratur ut actiones nostrae non sint peccata caminosa, dicit, eas debere proficiere ex fonte: & hic fons est caritas. Sed quia caritas? Quia respicit Dei gloriam ut finem; ad eamque, uti ad finem actiones nostraes refert: unde audit Quesnellus: Quando Dei amor est illius (obedientia legis) principium interior, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est quod appetere exterius: alioquin non est nisi hypocrisia aut falsa justitia. Unde fructu conatur quis elabi dicendo, intelligendas esse propositiones de caritate late dictas: cum quod Quesnellus nullibi talen caritatem admiserit: cum quod eam positive excluderit, non admittendo nisi duos amores: quorum unus bonus, alter malus.

LXX. Sunt, fateor, aliqui Theologi catholici, qui hominem peccare, saltem venialiter, doceant, quoties actiones suas deliberatas non in Deum, ex aliqua imperfice caritate, referat: sed nullus eorum dicit, actiones ipsas, ex objecto & officio bonas, propterea inquinari, ac esse veri nominis peccata: hoc enim in Bajo damnatum esse, ipse auctor Theologiae supplicis fatetur. (1) Igitur Quesnellus non salvatus, eti quis, benigne eum interpretando, diceret, intelligendum esse de actuali, remissa, nascente, imperfice caritate: cui sine caritate theologica, amor quo nos ipsos diligimus fit malus prop. 44. Cupiditas omnes actiones nostras corrumpt, prop. 48. usumque sensum malum facit, prop. 46. Totum quod appetere exterius, non est nisi hypocrisia & falsa justitia, prop. 47. Non sumus nisi tenebrae, nisi aberratio, nisi peccatum prop. 48. Unde juxta Quesnellum, non solum omnia opera infidelium sunt peccata, sed omnium etiam christianorum opera, facta in peccato mortali. Quod perfecto est errore Baii longe dexterius, ut postea dicetur.

LXXI. Hæc adeo clara sunt, ut non sit eis diutius inbergendum: superet aliud breviter dicamus ad auctoritates SS. Patrum, quas magno numero adduxit Theol. Suppl. (2) Ad illam S. Leonis PP. dicens duos esse amores, (3) ex quibus omnes producent voluntates . . . In dilectione Dei nulla nimia; in dilectione mundi cuncta sunt noxia: dico S. Leonem, dum in sermone illo catholicis instruit, voluisse docere, (ut in concionibus fieri solet) quænam actiones sunt homini christiano-catholico vere utiles ad vitam aeternam promerendam: illa scilicet, quæ ex amore Dei in Deum diriguntur aliquo modo: ceteras vero esse noxias, id est, vel inutiles ad finem istum consequendum; vel etiam nocivas. Scimus enim ex Calepino noxiam (a qua noxiis, noxia, noxiis) significare tam rem nocivam, quam iniuriam. At ne hoc gratis videar dicere, enallum locum, ex simili sermone de promptum, septimo scilicet de Quadragesima, ubi loquens de fide & caritate, sine quibus Deum promereri non possu-

mus, c. 2. ait: Similiter atque conjunctum & caritati iteadeamus & fidei. Hic est enim quidam efficacissimus geminarum alarum volatus, quo ad PROMERENDUM & VIDENDUM DEUM, puritas mentis attollit, ne onere curarum carnalium deprimatur. Ibidem etiam docet, ceteras actiones ex objecto bonas, nec ex caritate profectas, licet vita æterna meritoria non sint, atque hoc sensu inutiles, sive noxios christiano; tamen esse laudabiles & premio aliquo dignas: ita enim cap. 3. ejusdem sermonis, postquam elemosynam ex caritate datam vita æterna remunerari docuerit, proteguntur: Que utique (elemosyna) laude sua fraudando non efficit, si propere ipsam nature communionem iuvando homini ab homine preberet.

LXXII. Scio, (4) quod in novissima S. Leonis editione, apponatur huic loco in margine: Humana laude non caret, quod homini bono propter hominem præbet. Sed ea annotatio ipsius est Quesnellus: Quando Dei amor est illius (obedientia legis) principium interior, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est quod appetere exterius: alioquin non est nisi hypocrisia aut falsa justitia. Unde fructu conatur quis elabi dicendo, intelligendas esse propositiones de caritate late dictas: cum quod Quesnellus nullibi talen caritatem admiserit: cum quod eam positive excluderit, non admittendo nisi duos amores: quorum unus bonus, alter

malus.

LXXIII. Atque hoc ex Augustino dictum sufficere posset, ne credetur Quesnello favere; addendum tamen aliquid, ut clarus fiat Augustinus in eadem suis cum S. Leone sententia, dum requirit amorem vel caritatem, ut actus nostri BENE & non inaniter fiant: intellexisse nimis Augustinum tunc BENE quidipiam a nobis fieri, cum meritorie sit, ita ut ad vitam æternam consequendum conductus: sufficiat ad hoc locus unicus in Theol. supplici adductus, sed multe: ille nimis ex lib. 4. contra Julianum cap. 3. ubi Augustinus ait: Per hunc amorem creatoris, BENE, quisque uitius erit etiam creaturis: sine hoc amore creatoris, nullus quispiam BENE uitius erit etiam creaturis. Sed nota sequentia, ab Auctore Theol. Suppl. pag. 139. omisita. HOC ERGO AMORE OPUS EST, UT BONUM BEATIFICUM SIT. Hoc est ergo Augustinus Opus BEATIFICUM.

Non fieri, quod BEATIFICUM ESSE. (5) Inutiliter etiam nobis objicitur Augustinus in Encycl. cap. 117. dicens: Regnat carnalis cupiditas, ubi non est Dei caritas; nusquam enim ibi nec alibi comparat illud secundum quod hic Quesnellus attinxit: omnesque actiones ejus (peccatoris) corrupta esse. Ut enim se te Lovaniensis in expositione sua doctrina observarunt: (6) Quemadmodum caritas in bonum justo non sic regnum obtinet, quin aliquos sibi motus atque actus carnis concupiscentia sufficiantur . . . Ita etiam nec in peccati mancipiis sic regnat cupiditas, ut omnes affectus animi bonos, sive de natura, sive de gratia venientes exterminet; neque ex his quidquam boni

(1) Pag. 123. item pag. 143. 145. (2) a pag. 138. (3) Serm. 5. de jejuni. 7. mensis. (4) Ann. 1675. (5) Vide dicta pag. 227. n. 55. (6) Edita paul. post damnatum Bajum.

boni operis existere patiatur: quemadmodum ut iustus non omnia iustit, nec fidelis omnia fideliter; ita neque peccator omnia iustit, neque infidelis omnia infideliter operatur. Quæ est doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 10. ar. 4. c.

LXXIV. Eodem modo S. Prosper contra Collatorem scribens, exponi debet, ut ex scopo scriptoris, & verbis etiam ipsis, evidenter patet. Scopus Prospcri illo in libro erat, ostendere, quam falso Collator Cassianus affirmaret. Aliquid procedere boni operis, ex ipsis hominibus, propter quod gratiam consequitur, sicut hominum aliquos, ex suis naturalibus, viam gbi aperire ad aeternam vitam: (id constat ex cap. 3. num. 1.) contra asserti Prosper, quæcumque in infidelibus videatur esse virtus, veram non esse virtutem; sed immunda esse omnia: imo polluta, id est, non tantum nihil valet ad salutem, sed insuper, dum ipsa qua non haberent nisi dante Deo, subdunt ei, qui primus recepsit ab eo, (Deo) etiam polluta & peccato infecta. Ex verba Prospcri lib. contra Collatorem cap. 21. alias 28. uti habet Theol. Suppl. (1) modo folium cum continet 22. capitula 13. num. 39. (2) Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam habitare virtutem; sed omnia opera eorum immunda esse atque polluta . . . dum ipsa qua non haberent nisi dante Deo, subdunt ei, qui primus recepsit ab eo. In quibus verbis hoc etiam observatione dignum est, quod virtutes: nisi dante Deo non habeantur, etiam in impiorum signum manifestum eas in se bonas; sivep alio detorqueri, ac subiici prava infidelium intentione ipsi diabolo; necesse tamen non fore hoc semper accidere, indicat particula illa DUM; significans, quod quando ipsa bona, que non habent nisi a Deo, subdunt ei, qui primus recepsit ab eo, tunc omnia opera eorum immunda esse, atque polluta. Si ergo a contrario, non subdant illas virtutes, quas a Deo habent, ei, qui primus a Deo recepsit, tunc non erunt mala, neque polluta; sed moraliter honesta: eti non vita æterna meritoria, ob caritatis defectum. Ita S. Augustinum explicat S. Thomas, articulo 7. quæst. 23. 2. 2: Elicebit siad dubie & nobis, ad ejus imitationem, eodem modo S. Prosperum exponere: præfertum cum id aperte S. Prospcri verba dicant.

S. XI.

Propositiones Quesnelliæ, censura notata.

Sola caritas christiano modo facit actiones christianas, per relationem ad Deum & Jesum Christum. Est 53. Quesnell. Coloss. 3. v. 14. Nec Deus est nec religio, ubi non est caritas. Est 58. Quesnell. I. Joan. 4. v. 8.

LXXV. Prima propositione, primo aspectu pietatem præferens, mortiferum in se contineat virum, quod est brevi expositione manifestandum. Per opus christianum, modo factum christiano, intelligi posset opus meritorum aeterna vite; sed sub haec bella apparentia occultavit Quesnelli dogma longe diversum; de quo jam sapis actum. Hoc videlicet: Sicut caritate referente opus in Deum & Christum, nullum opus immune a peccato esse. Constat id, tum, quod de merito operum nostrorum tam parum sollicitus fuisse deprehenditur Quesnellus, ut potius, meritum omnem abstulerit, docens prop. 69. Quod Fides, uetus, assignatum & premium fidei, tum est donum PRACTÆ LIBERALITATIS DEI. Tum, quod ex

Serry Tom. V.

(1) Pag. 146. (2) Edit. Paris. ann. 1690. (3) Trident. Sess. 6. c. 4. de justificat. & Sess. 14. cap. 4. de coniunct. (4) Ed. Amstel. 1662. (5) Sess. 14. cap. 4.

Non sunt nisi duo amores: ut merito dici possit, excedere Quesnelli facinus, culpam Auctoris, qui ab Alexandro proscriptam propositionem recudit. Attento vel maxime, quod qui dicit quempianum carere Deo & religione, dicat eum carere fide & spe. Docet siquidem Aquinas noster hinc virtutibus Deum certo modo apprehendit. 1. 2. q. 62. ar. 4. c. Non potest in aliquid motus appetitus caritatem opponat cupiditati: accipe verba nra. 17. Quod si res ita se habet, ut per gratiam Salvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficienti cupiditate, crescente caritate, perficiamus autem in illa vita cupiditate extinta, caritate completa: profecto illud quod scriptum est, (3) Qui natus est ex Deo non peccat, secundum ipsam caritatem dictum est, que sola non peccat. Ad narratorem quippe que ea Deo est, augenda & perficienda pertinet caritas, non ea quia minima est & consumpta cupiditas: quem tamen quidam est in membris nostris, lego quadam res repugnat legi mentis; sed natus ex Deo nec obediens desiderii ejus, nec exhibens membra sua armata iniquitatis peccato, potest dicere, Jam non ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatum. (4) Ubi manifeste non peccare trahit caritatem, ut contraposita cupiditas, non caritatis virtutibus.

Same ex Augustino, ut notat S. Thomas, habemus eam virtutis definitionem: (5) Et bona qualitas mentis, qua recte vivitur, quae nullus male uitur &c. non ergo, nisi turpiter sibi ipsi contradicendo, dicere potuisse, solam caritatem, cum exclusione ceterarum virtutum, non peccare. Objicit deinde ex lib. 3. de Doctr. Christi. cap. 10. Non est fructus bonus, qui de caritatis radice non surgit; sed talia verba ibi frustra queruntur. Habentur tamen lib. de Spiritu & lits. cap. 14. num. 26. verum pro Quesnello arripi non possunt, nisi ab ignaro regularum bona critices: aut parti affectu in transversum acto. Enimvero scopum Augustini, si ut volunt dicta regula, diligenter attendimus, nihil hic pro Paschacio. Scopus fuit, ut habeatur lib. 2. Retract. oppugnare hostes gratiae Christi qua iustificamus: in hunc incubuit Augustinus: In quo libro, inquit, loc. cit. c. 37. quantum Deus adiutor acriter disputavisti, contra inimicos gratiae Dei qua JUSTIFICATUR impius. Hunc scopum altera fere pagina manifestat: nominatio cap. illo 14. Itam post initium dicens, Legem ex qua, Apostolus, neminem dixit JUSTIFICARI, non tantum in illis Sacramentis, quo habuerunt promissas figururas; verum etiam in illis operibus vult intelligi, que, quisquis fecerit, JUSTE VIVIT. Et paulo ante verba nobis objecta: Apparet igitur littera veritatem, si de sit novitas spiritus, res facere POTIUS . . . quam liberare a peccato. Quando ergo potesta dici: Non enim fructus est bonus, qui de caritatis radice non surgit: per fructum bonum haud dubie intelligit, fructum iustificationem adserente, & liberantem a peccato: ceterum, quod sine caritate posse quis facere opus bonus, & justum, in eodem libro saepius docet, ut, cum cap. 13. in fine dicit. Colligimus non JUSTIFICARI hominem preceptis honestis, nisi per fidem Iesu Christi: hoc est, non lege operum, sed lege fidei: non littera, sed spiritus: non FACTORUM MERITIS, sed gratuita gratia. Et iterum verbis supra citatis: Legem, ex qua neminem dicit iustificari, non tantum in illis Sacramentis . . . verum etiam in illis operibus vult intelligi, que, quisquis fecerit, JUSTE VIVIT. Ubi manifeste docet, iuste vivere cum qui facit legis opera: quamvis illa eadem, nisi de caritatis radice surgant, non valeant iustificare. In vanum ergo ad illa Augustini verba recurrit pro Quesnello: cui nec Deus, nec religio, nec opus bonum est sine caritate.

LXXXI. Superest respondeatur S. Augustini verbis quibusdam male intellectis, & applicatis ab Auctore Theol. Suppl. non tam, ut Quesnelli catholicum, sed Augustinum, si posset, faciat Quesnellistam. (2) Objicit 1. ex lib. de grat. & lib. arb. c. 18. Quidquid se pusaverit homo facere bene, si fiat sine caritate, nullo modo fiat bene. Tantundem significat alter locus ex Epistola 140. alias 120. cap. 29. num. 70. Tunc recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eis laudem fit, cuius gratia donatur ut fiat. Recte enim fieri aliquid iuste & pie; idem valet quod Bene fieri; Bene autem fieri aliquod opus, Augustino est opus beatitudine esse; vide num. 73: quod sine caritate fieri non posse, nullus catholicus negat. Idem habeo responsum ad defuncta ex Epist. 167. ad Hieronymum, ex lib. 12. de Trin. c. 14. & ex lib. 12. de Civit. Dei cap. 3. Objicit deinde ex epist. alias 95. modo 167. voluit dicere, 177. Sola caritas non peccat. Sed nota, quod Augustinus ibi Suppl.

(1) Soff. 6. can. 28. (2) Pag. 135. & 3) 1. Joan. 3. 9. (4) Rom. 7. v. 20. (5) 1. 2. q. 55. art. 4.

Suppl. & damnatio horum articulorum Quesnelli. Responsum est ad 2. argum. art. 10. quest. 100. Prima Secunda S. Thomas, ubi ait. Dicendum, quod sub praecepto caritatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde; ad quod pertinet, ut omnia referantur in Deum. Et ideo preceptum caritatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Hic fitit Theologia. Supplex: sed pergit S. Thomas: Sic ergo qui honorat parentes, tenet ex caritate honorare; non ex viibus precepit, quod est, Honora parentes; sed ex viibus precepit. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. Et cum ista sint duo precepta affirmativa, Nota, non obligantia ad semper, potest pro diversis temporibus obligare: & ita potest coningere, quod aliquis impletus preceptum de honoratione parentum, non tunc transgreditur preceptum de omissione modi caritatis. Videntur quoque dicta num. 73. & sequentibus.

CENSURA FACULT. THEOL. PARISIENSIS.

*Tametsi requiritur fides ad assequendam beatam immortalitatem, & ad cordium purificatio-
nem; ut docent Sacra Littera; non tamen
eam solam ad hoc requiri adstruant; sed po-
tius oppositum. Unde ait Jacobus Apostolus:
Preditis quoniam ex operibus iustificatur homo,
& non ex fide tantum. Et Paulus: Non enim au-
diotes legis iusti sunt apud Deum; sed factores
legis iustificabuntur. (2) Quare propositiones cum
huiusmodi exclusione positis, Scripturis non con-
sonant: quae ubique bona opera pradican. Et
offendiculum eadem propositiones aptae sunt pra-
stare pusillis: quasi videlicet non sunt fidelibus
necessaria bona opera; sed sola fides sufficiat
ad salutem. (3)*

*LXXXIV. Ex his paucis patet manifeste, qua-
leum doctrinam fidelibus Quesnelli obtrudat. Il-
lam scilicet ipsam, quam olim Ecclesia, & nomi-
nationi Universitatis Parisiensis Theologica Schola
diris devotis. Magis igitur animo zelosissimi avita-
re fidei defensores. Si olim dispuicuit Erafmi,
Lutheri, Calvini, Baji, Janfensi doctrina, non
placeat modo eadem, a Quesnello renovata quidem,
& aliis verbis proposita, sed vaticanis fulmis
minibus denro protrita. Qui Quesnelli doctrinam
amplectuntur, Lutheri ac Calvinii errores, qui san-
guinis rivis Germaniam & Galliam olim inundau-
runt, una resumunt.*

C A P. VII.

De oratione impiorum & timore.

§. I.

Propositio Quesnelliiana, censura notata.

Oratio impiorum est novum peccatum: & quod Deus illis concedit est novum in eos iudicium. Est 59. Quesnelli. Joan. 10. v. 25.

*I. Hanc propositionem, quaz pleraque a nobis dicta praecedenti capite confirmat, merito damnata effarque proscriptam, negabit nemo, si attenderit eam olim a Trid. (3) implicite tuisse anathematizatam. Si quis dixerit, opera omnia (ergo & orationem) qua ante iustificationem sunt fiunt, quacunque ratione facta sint, vero effe peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto ve-
mentius quis nimirum se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare, anathema sit. Sane si aliquo opero nos disponere ad iustificationem possimus, orationi infimus locus dandus haud est. Ad Deum enim accedimus non passibus corporis, sed mentis affectibus; quorum interpres oratio est: & si Scripturis, ut par est, credimus. (4) Oratio humi-
lia-*

T. 2. lian.

(1) Titul. 7. de Fide. (2) Rom. 2. (3) Soff. 6. can. 7. (4) Eccl. 35. v. 21.